

post cōsummatū in gloria in celo Circa presens euāgelium ubi dicitur. Vos autē contristabimini. Notādum quod nemo in hac vita potest diu esse sine tristitia. Vñ Joh. xiiij. Homo natus est muliere breui uiuēs tpe etc. Sed queritur cur deus sic ordinauit. Rñdetur primo ut sciamus nos esse hic nō ciues s; aduenas et pegrinos quōdiu in mundo sumus. qui uallis lacrimarum dicitur qui est locus medius inter celum ubi est summū gaudiū. et infernū ubi est summa pena. Scōdo ut stimulemur pennis quasi calcaribus ad currendum in uia mandatorū dei. Tertio ut purgemur igne tribulationū ne in purgatorio lauemur. Quarto ut fugiamus infernū ubi oēs pene in summo sunt. Quinto ut plus de gaudio mereamur. nam uirtus est circa difficile secundum philosophum. et Act. xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū celorum. Itē notandum quod due passionēs necant quāque hominēs. scilicet tristitia et letitia. Tristitia occidit s; tarde. nam in tristitia primo retrahitur calor naturalis ad interiora. et postea exaltat ad exteriora. et talis exaltatio caloris prohibet nutrimentū in membris et operatur cōsumptionem in illis. Vñ puer. xix. Spiritus tristis ericcat ossa. Letitia autē nimia cito occidit. quia tunc cor magis dilatat et calor naturalis ad exteriora transit et a corde recedit et mors iteruenit. Vnde puer. j. Prosperitas stultorum perdet illos. Vtrunque etiam occidit animā. tam uita prospera quam aduersa. sed magis prospera. unde aug. multi res aduersas timent. prospera nō timent. Periculosior est tū anime res prospera quam aduersa. Itē patet in dauid qui in aduersis quam passus

est a saul non cecidit. sed in prosperis iam in regno positus cum Bethabee peccando cecidit

**Dominica tertia post octauas pasce. Euangelium secundum Iohan. xvi.**

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis. Vado ad eum qui me misit. et nemo ex uobis interrogat me quo uadis. Sed quia hec locutus sum uobis. tristitia impleuit cor uestrum. Sed ego ueritatem dico uobis. expedit uobis ut ego uadam. si enim non abiero paraclitus nō ueniet ad uos. si autem abiero. mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet mundum de peccato et de iusticia et de iudicio. De peccato quidem. quia nō credunt in me. De iusticia uero quia ad patrem uado. et iam non uidebitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere. sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis. docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur a semetipso. sed quecunque audiet et loquetur. Et que uentura sunt annūciabit uobis. Ille me clarificabit. quia de meo accipiet et annūciabit uobis.

1